



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

5 Monialis occultè, vel publicè corrupta quanam benedictione velanda sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

- 83 Religioem ingressurus, quid considerare debet.
- 84 Congregatio Hospitalium Ioannis de Deo, non est vt religio habenda.
- 85 Professio tacite emissa per canonicum regularem, quando accepit canonicatum, ex eo quod beneficium renunciat, non emanat.
- 86 Professionem tacitam an censetur fecisse, qui per annos septem in ordine mansit, & sacros ordines suscepit.
- 87 Professio ante 16. annum expletum emissa, est nulla.
- 88 Religiosus non fit, qui tria vota in manibus nouitij emit.
- 89 Professio legendo schedulam absque intentione proficendi non est valida.
- 100 Licentia absolute a prelato concessa religioso transiendi ad aliam religionem, est restringenda ad parem, vel strictiorem.
- 101 Licentia concessa monacho standi extra claustrum non iustificatur ex eo quod superiori ita videatur, nisi subsit iusta causa.
- 102 Liberatio tutoris ab ingressu religionem facta an valeat.
- 103 Professio contra religionis statutum eam irritans facta est nulla.
- 104 Bulla Pij V. contra translatos, qualiter intelligenda.
- 105 Monachi, licet non olim, hodie tamen vocem in capitulo habent.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

Licet votum, & iuramentum, actus larice, & religionis sint, & ad sui obseruationem obligent ex S. Th. 2. q. 88. art. 5. qu. 89. art. 4. & 7. q. 88. art. 3. obligatio tamen ex iuramento, quia ex voto nota, firmior, & indissolubilior est; ita vt rem aliquam licitam facere iuratus, religionem vite intrare non potest, donec quod iurauit, adimpleat. Arg. cap. commissum, de sponsal. dummodo illam post religionis ingressum adimplere nequeat.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 9.

Officium plumbatoris Bullarum in Curia cuius officialis vulgo fite Plumbidicatur, deserens habitum seculari, certi coloris qui a papa in collatione eiusdem officij, ouerfus ordinis Cisterciensis nominatur, nullam tamen professionem emittens nec ab vilius regula vel obedientia viuens, vere religiosus non est, nec a Cisterciensibus aut ab alijs superioribus religionis molestari potest; super peccatis aut bonis que in dies fibi acquirat ea tantum propria sibi queat, & etiam matrimonium contrahere, & officio suo cum reservatione fluctuum de consensu Papae renunciare, & alia omnia que clericis, aut laicis licent iuxta statum suum facere potest; eo quod religiosis nemo sine potest, nisi postquam contumeliosam probationis & etiam professionem; & votum eiusdem castitatis, pauperatis, & obedientie, vt colligitur ex Concilio Tridentino sess. 25. c. 15. de reg. & c. 1. de reg. 6. c. ex eo. S. 1. de electione in 6. & c. vt continentia 27. q. 1. & c. si de statu monach.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 60.

Monachus, seu regularis vnam religionem ad probam legitime professus, ad aliam religionem approbatam legitime transiens, de nouo proficieri in secunda religione tenetur, sine transferatur vt fiat in illa prelatu sine vt maneat ibi, vt subditus & filius Monasterij. Nam si Monachus simplex sit, ea ratione de nouo proficieri tenetur,

quia licet professio prior ad tria substantialia vota seruanda etiam in secunda religione extendatur, nequaquam tamen ad alias obseruationes secundae extenditur; nisi de nouo in ea professio fiat, cum tamen omnes religiosi eiusdem religionis eadem disciplina obligari debeant. c. recollentes, de statu Monach. & c. in noua 16. q. 7. Translatus autem vt fiat prelatu maxime si secunda arctior sit prior, & vel expresse eandem professionem emittere tenetur; vel eam tacite emittere censetur, quia precepto & exemplo curare tenetur, vt obseruantia regulares Monasterij sui a suis subditis seruentur.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 2. de statu Monach. quest. 1.

Abbatissa perpetua electa, & confirmata, licet nisi intra annum benedicatur, si benedici solet, Abbatiam suam amittat. C. l. attendentes, si laicus, de iust. u. mo. nac. & semel benedicta, amplius re benedici non debet, etiam si in Abbatiam perpetua alterius Monasterij eligatur, iuxta Glo. recep. in d. S. statumus. Abbatissa tamen triennalis seu temporaria de iure benedicenda non est, nisi Curia aliud seruetur, aut Papa aliud expresse statuat; Ne si tales benedicerentur, multi Moniales manerent simul in Monasterio in Abbatissas benedictas quod indecens, & in decorum est; & etiam aliqua sapius benedicerentur, cum vna sepe eligi posset in Abbatissam, quod in antiquo contrariatur, vt colligitur ex Glo. & DD. in d. clem. 1.

DECISIO V.

Virgo corrupta etiam occulte, licet nullatenus consecratione virginum consecrari possit c. acutius dist. 26. & c. deuotis, & c. iuenculas, 20. q. 1. etiam de scandalum euitand. in 3. vt ait S. Thom. 4. d. 33. q. 1. c. 1. & d. 38. q. 1. art. 4. similitate tamen consecratione virginum consecrari, & quasi virgo benedici valet, vt mutatis verbis virginum in monachibus in verba significata castitatem, ad cui tendum scandalum, & infamiam ex S. Th. ubi supra. art. 5. vel etiam recte us pronunciano verba pra consecrationis, qua virginem, & virginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro verbis castitatem significatibus, vt sic simul mendacium, & scandalum emittentur, vt placet N. in Man. c. 18. num. 61. & c. 25. nu. 42. vidua etiam esse consecrari vt virgo nequeat, vobere tamen solemniter & tacite ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere, & portare potest, c. vidua, de regul.

DECISIO VI.

Ex conf. 5. alias 26.

Cum iure communi canonico Christiani omnes regulariter apud apostolica approbat, nisi eis impedimentum a eade Apostolica approbat, nisi eis impedimentum Canonicum non obstat, & dispositio ad hoc vt professio aliquid hoc vel illo modo facta valeat, aut non valeat, aut vt quis ad religionem huius sit ad summum Papae potestatem pertinet. Arg. cap. cum ad monasterium, si. de statu monach. adeo vt nullus inferior Papa contra us communitate canonice aliquid statuere valeat, quod iuratus, de maior. & obed. consequenter nec vltima Capitula, quantum generalia alicuius ordinis, & religiosus statuere possunt, vt professio trium votorum suauitiam a descendentes ex Mahumetanorum, vt Iuramento genere possit suscipi ab eis b. plurimum facta, non valeat; cum iure communi canonico capitulum vndeunque dist. 56. & capitulo, ecurrat, 32. qua. 4. & capitulum tu. de praescip. tales intrare, & proficieri religionem approbatam non prohibeantur. Et statuta in contrarium ab inferiori Papa facta, tanquam iuri communi contraria non valent, nisi si iura religionis in genere a papa confirmata sunt, quia ab eodem